

QK. 293

v. Etzdorff

Zb
890

18.

V I R O

PERILLVSTRI ATQVE GENERO-
SISSIMO DOMINO,

D O M I N O

FRIDERICO AVGVSTO
DE ETZDORFF,

HEREDITARIO IN ETZDORFF
ET RAVTE,

POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS
ET ELECTORIS SAXONIAE CASTRI
DELICENSIS PRAEFECTO,

DOMINO SVO ATQVE MAECENATI
GRATIOSISSIMO,

HAEC PIA VOTA DICAT

FRIDERICVS HENRICVS BACKHAVSS,
CIZENS. MISN.

LIPSIAE D. III. AVG. CICCI CCXXIX.

LITERIS IOAN. CHRISTIANI LANGENHEMIL.





LE ESTDORFF
HEREDITARIO IN ESTDORFF
AT RYAT
S. POLONIAE ET REX
C. ESTDORFF
I
ESTDORFF
KASTROISWING
HIC PIU VOT A DICT
Hec iuskae vobnum interdicto est; quis non reges
dilecti in hoc coniunctu si indecet; indecet
iustitiam in hoc reges; tota summa; dicit
Deo te glorie; qd in iunctum; omni summi
iustitio aq; pccm; iustitiae qd iust; glorie et exaltati
tes et glorie; iuste dicitur pccm; iusta te
pccm



poteris confidere. Hunc potuisse fieri te jocuisse
te visse deinceps communione conseruare, ut et dum illi
visceribus contigit, hinc quicquid accidisse possit.
Hoc in vniuerso terrarum orbe,
ut sibi bene sit, vnumquemque optare, et manibus pede-
busque eoniti, tam experien-
tia, quam natura, quae cuius-
vis insidet, maxime solent docere.
Haec saxa voluunt impigri mercatores; dies noctes-
que in hoc consumunt artifices vigilantes; superi et
inferi multum in hoc desudant; toto animo, qui
Deo se dicauere, ad id incumbunt; omni animi
studio ad hoc intendunt et ius dicentes et explican-
tes et discentes; imo quicunque humana natura se

sgl

A 2

prae-

praeditum fatetur, se hunc finem anxie quaerere,
 necesse habet profiteri. Quaerunt idem omnes,
 neque vero unus solus ad id potest peruenire. Sic
 mutua officia sunt praestanda; quippe si tibi fin-
 geres hominem Croeso ditiorem, omnibus artibus
 instructum, solum vero; felicem istum minime
 poteris concipere. Hinc homines inter se societa-
 te vitaeque communitate continentur, ita, ut quasi
 fraterno constricti vinculo, quod quisque sibi ve-
 lit, alterum item volentem necesse habeat, aestimare.
 Lex haec, qua quiuis se felicem reddere omnibus
 viribus laborat, a Deo per naturam dictamine sa-
 nae rationis stabilita, instinctu naturali firmata, ex-
 perientia comprobata, imo in nobis innata resi-
 det. Haec fecit homines socios; haec ipsos in
 Regna coegit; haec eosdem in status, imperia, ci-
 vitates, pagos, collegia distribuit, quo vnitis viri-
 bus pericula propellere, media vero huius boni
 consequendi, eo melius sibi possint comparare.
 Cogimur itaque huic legi obedire a summo numi-
 ne, a natura, a proprio imminentे periculo. Ob-

cunt
A

liga-

ligamur ad ea omnia, quae hoc impedire volunt,
 mouenda, adstringimur ad eam semper semperque
 firmius stabiliendam; quin etiam proprium cor-
 pus, bonaque omnia, quae possidemus nos im-
 pellunt, stimulant, incitant, ut tale vinculum, quo
 genus humanum inter se colligatur, incorruptum
 seruemus. Quam longissime autem haec catena
 extenditur! Ad cunctos pertinet mortales. Vn-
 de sexcenta et plura oriuntur officia, quae omnia
 enumerare superuacaneum putamus. Tantum
 vnum TIBI, VIR EXCELLENTISSIME,
 hoc die TVO natali, ob oculos ponemus, quo, gra-
 tum animum TIBI declarantes, quodammodo tuis
 nos beneficiis non fuisse indignos, ostendamus. Pro-
 priae salutis media non omnia hominis vnius po-
 testati sunt subiecta, et quanta istis indiget neces-
 sitate, tanta vi ab altero, alterque a me, potest
 postulare, immo alio renuente, vita eo spoliato,
 iure meo vti possum, ni modus tale acquirendi
 aliis, in mea sit positus potestate. Vimque ipsa
 suam lex diuina, sacris literis promulgata, amittit,

cum finis istius tali casu deficit, salus nempe hominum. Quaedam vero non vi sunt extorquenda, sed alter, nisi sine ipsius damno fieri potest, ad ea non obstringitur. Ad istud tamen, quod alteri emolumento, mihi vero non documento est, omnino sum obligatus. Quae officia humanitatis audiunt. Quae tamen quia sine villa noxa nunquam fieri possunt, alius, ut id damnum resarciat, eadem lege tenetur, sine villa autem spe, sine villa futurae compensationis stipulatione, collatum humanitatis officium, beneficium dicitur; quod vero nihil magis requirit, quam gratiarum actionem, quae tam in beneficii ponderatione, quam in compensandi cupiditate posita inuenitur. Hoc modo homo homini angelus; sic pauperi diues, sic debilis fortis, sic timido virtute praeditus, ita nesciens, ut alteri participem haud queant denegare. Similiter vero animus beneficii exornatus non potest non omnibus occasione gratum animum proferendi, cupiditate flagrare; Hoc postulat obligatio, hoc tribuens desiderat, ita, ut nullum fere ingratum reperiri censes. seamus.

seamus. Sed proh dolor! Experientia contrarium docet. Homines huic legi, caelitus stabilitae, serio promulgatae, iniustissimi, honesti immemores, repugnat, iura sua vi armisque postulant, gratis collata citissime obliuione delere sunt consueti.

Corrupta mortalium natura hoc efficit; tabes, mortalibus innata perpetua, contra leges nitendi, huius mali causa est et scaturigo. Maxima ex hoc, ingrati scilicet animi vitio, proueniunt scelera, quae in immensum iam excurrere numerum. Nolim huius rei exempla commemorare; quotidiana experientia ipsa loquitur, humanam naturam ad quaevius vitia procluem eamque, quamquam legibus, tamquam fraenis et catenis coercita sit, tamen fere in ferinam transmutari. Et profecto, si haberem Platonis copiam, Hyperidis acumen, Varronis doctrinam, tamen de istius vitii turpitudine non sat is, ac ea, qua par esset, foecunditate disserere possem. Ut recte PVFFENDORFIVS, sumimus Philosophorum Princeps, de O. H. et C. lib. I. c. 8. §. 8. in hominem, tali vitio imbutum, inuehit; ita disse-

renс:

VIII

ren: Est animi valde abiecti et degeneris, se ipsum
 indignum declarare eo iudicio, quod alter de ipsius
 probitate tulit, ac ne beneficiis quidem, quae etiam
 bruta demulcent, moueri posse ad concipiendum
 humanitatis sensum. Eam ipsam enim ob causam
 beneficium dedi, i. e. eius, quod dedi, refusionem,
 mihi non stipulatus sum, vt et alteri foret occasio
 ostendendi, se honesti amore, non ex metu poenae
 et coactionis, gratiam retulisse, vtque ipse non spe
 lucri, sed ob humanitatem exercendam, videar ero-
 gasse, de quo recipiendo mihi cauere noluerim.
 Et quidem recte. Est autem hoc iniustissimum
 vitium, quo quis beneficia accepta, neque ponderat,
 neque ista compensandi quaerit occasionem, adeo,
 vt his v fus, quasi non v fus esset, talis foedus homo,
 soleat aestimari. Quo nihil iniustius, nihil turpius,
 nihil foedius, nihil a natura humana remotius, pote-
 rat reperiri. Omnem autem, qui meritorum obli-
 uiscitur, prauissimi puto esse animi, qui enim ea of-
 ficia, quae, vt aiunt, imperfecta, ad quae scil. nemo
 potest cogi, parui aestimat, eorumque obligationi
 omnia

B

fatis-

satisfacere, non operam nauat, cum tamen beneficiis ad id allectus, is multo minus istum, summo iure ab eo quaedam postulantem, fuerit auditurus. Certe impudentius homine ingrato nil potest cogitari; et summopere dolendum, quod non tantum vni alteriue inhaereat hoc malum, sed vniuersae nationes, totae gentes, cuncti populi, hoc vitio contaminati reperiantur. Romanos videamus! qui Mancum Manlium, qui Gallos Capitolium Romae iam expugnaturos, suo summo periculo, maxima patriae salute a longius progrediendi ausu sustinebat, in beneficij virtutisque praemium, cum patriae opprimendae criminis iniuste accusatus damnatusque esset, montibus Tarpeis praecepit item fecere, quo fidelissima membra, patriae antea anticipiti periculo inseruientia, crudelissime conquisata et mortua viderent. LIV. lib. 5. 6. FLORVS lib. I. cap. 13. 26. EVTROP. lib. 2. cap. 13. VALER. MAX. lib. 6. cap. 3. Sic homines ingrati, sic iniusti, sic honesti obliuiosi, ut merita fida, valde sibi necessaria, tam parui pendeant, ut istorum auctorem, leuissima,

B

imo

imo nulla prorsus causa moti, summa crudelitate torquere, quin etiam vita priuare queant. Et hoc vnicum exemplum rei vniuersae comprobanda sufficere posset, quo nihil ex veterum monumentis illustrius, nihil sententiae nostrae accommodatius habetur. Sed neque ex aliis gentibus et populis similia documenta desunt. Idolorum cultores non solum tam iniusti tamque ingratii, sed gens Deo dicata, eadem macula aspersa, eodem vito obruta, non minus grati animi immemor, quam caeteri, viuebat. Sic vniuersus populus a Deo inundatus beneficiis, neque beneficia putabat, neque vita isti obedienti ea compensare nitebatur. Serpentium naturam induit ingratus homo, qui istum, qui eas sinu fouet, ictu solent vulnerare. Ipse eloquentiae princeps, CICERO, ex societate humana ingratum hominem putat elidendum *Lib. 2. de legibus.*

TE ipsum, VIR EXCELLENTISSIME,
quam frequens et in usu hac vitium sit, expertum
esse puto. **Quo vero et ego istius notam effugiam,**
et alioqui

a d

hodier-

hodierna die, qua nulla amoenior, nulla iucundior,
mihi, albo vt aiunt lapillo signanda, quantum po-
tero, gratia celebrabo. TVA in me merita per-
pendam, ostendam grati animi cupiditatem; TE
tamen, vt saltim voluntatem, quia vires deficiunt,
aequi bonique consulas, oro et obtestor. Tribus
iam abhinc annis in academiam Lipsiensem, tan-
quam ad mercaturam bonarum artium, sum profe-
ctus, beneficiis a TE quam inudgentissime exor-
natus, stipendio per tres annos adiutus, vt ibi viue-
re, corpus tegere, necessaria vitae comparare, mihi
praefixam attingere metam, hoc est, studiis operam
dare, potuerim, quin imo, quod maximum est, non
desfinis, sed vltterius me beneficiis prosequi clemen-
ter pergis. TVA in me merita sunt tanti ponde-
ris, vt vix a patre soleant proficisci. Vnde certe
gratia eadem TE prosequi mihi incumbit. Nam
cum bona vita maius beneficium, quam vita, et vitam
quidem a parentibus, bonam vero vitam a TE, tan-
ta beneficia in nos conferente, habeamus; praeterea
beneficiis gratias debeamus; TIBI quoque nec-
fario maiores debemus gratias, quam parentibus
ipsis.

XII

ipsis. Cum vero et ipse scias, si quis vel plane gratias agendi viribus destitutus, beneficia tamen ponderat istaque compensandi flagrat cupiditate, eundem iam existere gratum; vt nec me, quamuis re ipsa gratus esse nequeam, in numerum ingratorum referas, peto et contendeo. Ast ad Numen summum confugio, istudque flexis genibus supplex adoro, vt ea compenset, TE TVAM que splendidissimam domum in aeternum beat ac prosperet; Faxit Deus optimus maximus, vt hic dies, in TVORVM, mei, et omnium afflictorum salutem centies illuceat, nec non cum sua clementia, clementiam POTENTISSIMI REGIS erga TE coniungat, vt TIBI TVISQUE et hic, et in aeternum bene sit. Breuiter:

*Sis felix viuasque diu, TVA gloria caelo
Et TVVS aeterno tempore constet honos.*





AK 293

v. Etzdorff

Zb
890

V I R O

PERILLVSTRI ATQVE GENERO-
SISSIMO DOMINO,

D O M I N O

FRIDERICO AVGVSTO

DE ETZDORFF,
HEREDITARIO IN ETZDORFF
ET RAVTE,

POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS
ET ELECTORIS SAXONIAE CASTRI
DELICENSIS PRAEFECTO,

DOMINO SVO ATQVE MAECENATI
GRATIOSISSIMO,

HAEC PIA VOTA DICAT

FRIDERICVS HENRICVS BACKHAVSS,
CIZENS. MISN.

LIPSIAE D. III. AVG. CIC 10 CC XXIX.

LITERIS IOAN. CHRISTIANI LANGENHEMI.

